

re. Est enim Christus plenus fontibus misericordiarum. Fuit etiam Christus adumbratus in lapide, qui virga percussus vinum aquarum profudit, de quo ait apostolus ca-

Exo. 17. Nu. 20. 1. Co. 10. Gen. 28. Cyrill.

pete 10 epistolae 1. ad Corinthios: Petra autem erat Christus. Et in lapide, super quo Iacob posuit caput, quem vixit, & crexit in titulum. Ita locum illum interpretatur Cyrillus Alexandrinus dicens: Lapis à patriarcha vnctus Christus est: cretus est autem, quia à mortuis resurgens super cælos ascendit. Et Gregorius primo Regum. Hic est lapis, quem Paulus in laudem fidelium prædicat, dicens: Aedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Similiter Isidorus, & Rupertus, interpretatur.

¶ *Et comminuit testam & ferrum.* Hoc est, euerit totam statum, per quam quatuor regna significabantur. Ratio autem quare Daniel de his tantum quatuor regnis seu imperiis mentionem facit, est propter eorum potentiam & præstantiam, & quia ab illis erant Iudæi diuersis temporibus affligendi.

¶ *Deus magnus.* Hic est, quem montem magnum paulo antea vocauit. Christus enim Deus noster est Rex regum, ut verbis utar Apocalypsis Ioannis, & dominus dominantium. De eo ait capite secundo

Esai. 2. Esai. 2. Esai. 2.

Esai. 2. Esai. 2. Esai. 2.

Esai. 2. Esai. 2. Esai. 2.

gnum est nomen meum in gentibus. Et in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Appellatur Deus magnus ad falsorum deorum ditte reuociam, qui partii sunt: eius autem magnitudinis non est finis.

*Tunc Rex Nabucodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias & incensum præcepit, ut sacrificarent ei. Loquens ergo Rex ait Danieli. Perè Deus vester Deus deorum est, & dominus regum, & reuelans mysteria, quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. Tunc Rex Danielem in sublimem extulit, & munera multa & magna dedit ei, & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & præfessum & magistratum super cunctos sapientes Babylonis. Daniel autem postulauit à rege, & constituit super opera prouincie Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago. Ipse autem Daniel erat in foribus regis.*

¶ *Tunc Rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam.* Tanta admiratione obtupe factus est ob diuinam maiestatem, quam in admirabili Danielis sapientia perpendebat, ut se abiecerit coram Deo, ruens in faciem suam.

¶ *Et Danielem adorauit.* Non ut Deum, sed ut Dei seruum. Ac non tam Danielem. quam in Daniele Deum coluit, qui ei arcana somnij aperuerat. Vide, quanta sit Dei potentia, qui effecit, ut ille qui reges domuerat, & magnam orbis terrarum partem suo imperio subiecerat, qui superbia inflatus omnia contempnebat, eum suppliciter humili ventraretur, & conleret, quem captiuum ex Iudæa secum duxerat. Porphyrius homo pestilens & audax, & acerrimus nostræ religionis hostis uehitur in Danielem, quem vocat in crimen, eius splendorem maculae contempnens, quod à rege potentissimo se cossi pateretur. Imò asserit esse totum hoc commentitium, nunquamque euenisse.

Porphi.